IMAGE EVALUATION
TEST TARGET (MT-3)

6"

Photographic
Sciences
Corporation

23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503

CIHM/ICMH
Microfiche
Series.

CIHM/ICMH
Collection de
microfiches.

Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

© 1986

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- [ ] Coloured covers/ Couverture de couleur
- [ ] Covers damaged/ Couverture endommagée
- [ ] Covers restored and/or laminated/ Couverture restaurée et/ou pelliculée
- [ ] Cover title missing/ Le titre de couverture manque
- [ ] Coloured maps/ Cartes géographiques en couleur
- [ ] Coloured ink (i.e. other than blue or black)/ Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- [ ] Coloured plates and/or illustrations/ Planches et/ou illustrations en couleur
- [x] Bound with other material/ Relié avec d'autres documents
- [ ] Tight binding may cause shadows or distortion along interior margin/ La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la distorsion le long de la marge intérieure
- [ ] Blank leaves added during restoration may appear within the text. Whenever possible, these have been omitted from filming/ Il se peut que certaines pages blanches ajoutées lors d'une restauration apparaissent dans le texte, mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont pas été filmées.
- [x] Additional comments:/ Commentaires supplémentaires: [Printed ephemera] 3 p.

- [ ] Coloured pages/ Pages de couleur
- [ ] Pages damaged/ Pages endommagées
- [ ] Pages restored and/or laminated/ Pages restaurées et/ou pelliculées
- [x] Pages discoloured, stained or foxed/ Pages décolorées, tachetées ou piquées
- [ ] Pages detached/ Pages détachées
- [x] Showthrough/ Transparence
- [ ] Quality of print varies/ Qualité inégale de l'impression
- [ ] Includes supplementary material/ Comprend du matériel supplémentaire
- [ ] Only edition available/ Seule édition disponible
- [ ] Pages wholly or partially obscured by errata slips, tissues, etc., have been refilmed to ensure the best possible image/ Les pages totalement ou partiellement obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure, etc., ont été filmées à nouveau de façon à obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	12X	14X	16X	18X	20X	22X	24X	26X	28X	30X	32X
							✓				

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:

Seminary of Quebec
Library

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol —► (meaning "CONTINUED"), or the symbol ▼ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:

L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Séminaire de Québec
Bibliothèque

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole —► signifie "A SUIVRE", le symbole ▼ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.





1864

QUÆSTIONES ANNO 1864

COLLATIONIBUS THEOLOGICIS

In Archidiœcesi Quebecensi Discutiendæ.

MENSE JANUARIO.

Sempronius parochus in archidiœcesi Quebecensi, non habens facultatem absolvendi a reservatis, Petrum absolvit a crimine publici et notorii concubinatûs. Paucis post acceptam absolutionem diebus elapsis, Petrus, urgente tentatione contrà fidem, heresim formalem scribit nullo teste, et statim peccati pœnitens et fidei sincerum actum eliciens, chartam in ignem projicit et ad Sempronium vadit, a quo absolutionem cum lacrymis petit et obtinet. Quæritur:

1°. Quid circà casus reservatos in hâc archidiœcesi et circà eorum absolutionem?

2°. Quid in specie circà absolutionem sive privatam, sive publicam ab heresi?

3°. An valeant absolutiones Petro concessæ et quid nunc agendum?

4°. An Sempronius aliquam pœnam incurrerit?

Caius missionarius duo tantùm sacra paramenta ad missam celebrandam secum affert, unum flavum vel multicolorum, quo utitur diebus quibus rubrica præscribit colorem album, vel rubrum, vel viridem; alterum verò violaceum quod adhibet in adventu et quadragesimâ et in missis defunctorum. Quæritur:

1°. An rubrica de colore paramentorum obliget sub gravi, vel sub levi?

2°. An liceat uti colore flavo loco aliorum, vel habere paramentum multicolorum?

3°. An possit missa *de requiem* celebrari cum paramentis violaceis?

MENSE MAIO.

Sempronius neo-presbyter, in parochiæ S.... possessionem nuper ingressus vicinos parochos adit et consulit circà plura quæ ad quotidianam praxim attinent. Hæc autem comperit:

Caius ardentissimo zelo flagrat contrà novas quasdam muliebres vestes quas immodestas reputat. In concionibus frequentissimè insurgit contrà feminas quæ ampla vestimenta, vulgo *crinolines*, vel fasciolas (*rubans*), vel rotunda capitis operimenta (*chapeaux ronds*) induunt. Absolutionem denegat, etiam tempore paschali, puellis quæ his rebus utuntur et matribus quæ id permittunt. Quando

feminæ illæ, ab aliis sacerdotibus absolutæ, ad sacram synaxim accedunt, prætermittit eas in distributione S. Eucharistiæ, et hoc agit etiam in alienâ parochiâ.

Terentius contrariam tenet praxim. Rarò de iis vestibus loquitur et solummodo ad exhortandos fideles ut iis abstineant. Absolutionem denegat tantum in iis casibus in quibus comperit adesse manifestam indecentiam. Et quadam die celebrans in parochia Caii, communionem tribuit cuidam feminæ quam Caius paulo ante prætermiserat in distributione S. Eucharistiæ.

Hinc anxius Sempronius quærit :

1°. Quid sanxerint leges ecclesiæ circa vestes mulicbres ?

2°. An possit parochus pro libitu suis parochianis quidquam prohibere sub pœna denegationis sacramentorum ?

3°. Quid de agendi ratione Caii et Terentii ?

Deficiente aqua baptismali, Sempronius parochus hujus archidiœcesis, novam conficit utendo formula brevi à Pio Papa VIII approbata ad usum Missionariorum Americæ septentrionalis, quæ invenitur in appendice compendio ritualis romani ad usum provinciæ Quebecensis, *pag.* 244.

Quæritur utrum potius debuisset uti formula longiori quæ in rituali nostro legitur *pag.* 52 ?

MENSE JULIO.

Titius olim per aliquot menses medicinæ studuit in Universitate, deinde militiæ sacræ nomen dedit et factus est presbyter et parochus. Parochianis suis et aliis remedia consulit et ex charitate etiam pauperibus gratuito distribuit, a divitibus spontè oblata munera accipit. Quadam autem die medicus, qui in hâc parochiâ artem suam exercet, declarat Sergium ægrotum moriturum esse si remedia a Titio commendata adhibeat, quia sunt contraria principiis communiter receptis. Altera die evenit ut Caius febri laborans obiret statim post sumptum remedium a Titio commendatum.

His commotus cœpit Titius plurimum sui temporis medicinæ studio impendere ut talia pericula in futurum averteret. Duobus annis elapsis, cum exercitiis spiritualibus vacaret, comperit se nuper errasse evidenter circà duas restitutiones quarum unam indebitam imposuerat, et ab altera debita pœnitentem absolverat.

Tunc confessarium adit et ab eo quærit:

1°. Quid sanxerint leges ecclesiasticæ circà exercitium medicinæ et chirurgiæ a clericis ?

2°. Annon irregularis factus sit ?

3°. An teneatur ad reparationem damni propter erroneas decisiones illati ?

4°. Annon convenientiùs tempus suum consumeret in studio theologiæ quàm medicinæ ?

Caius capellanus monialium in archidiœcesi Quebecensi, media nocte Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi missam privatam celebrat in qua sacram communionem tribuit monialibus. Hac missa finita discedunt moniales et dicitur statim secunda missa ab eodem capellano, coram paucis tantum monialibus quæ priori assistere non potuerunt, quibus datur sacra communio. Insuper Caius pro tribus missis hujus festi tria accipit stipendia. Quæritur :

1°. An liceat privatam missam celebrare media nocte Nativitatis D. N. J. C ?

2°. An liceat in hac diœcesi, sacram communionem tribuere in secunda missa, quando sic dicitur immediatè post missam in nocte ?

3°. An possit sacerdos tria stipendia accipere pro tribus missis ejusdem festi ?

MENSE OCTOBRI.

Marcus sacerdos, sacris missionibus addictus, in magna populi frequentia sacramentales confessiones excipiens, incidit in Sergium divitem mercatorem, alacri ingenio præditum, qui, cum per plures annos inter mercatores protestantes et incredulos fuerit versatus, plura contra veritatem catholicæ fidei audivit. Is in confessione manifestavit se aliquantum de præcipuis christianæ religionis mysteriis dubitare, parochum suum interrogasse, qui numquam potuit demonstrare, Ecclesiam cui factam esse revelationem asserunt, et quæ hæc dogmata docet, infallibilem esse. In temporis angustiis in quibus versatur Marcus, satis esse putat ad absolutionem conferendam a Sergio accipere cum paratum esse omne dubium abjicere de religionis mysteriis, ubi primum sibi evidenter fuerit demonstratum ea dogmata a Deo ipso esse revelata. Quapropter Marcus sibi assumens opportuniori tempore Sergium docere, eum absolvit. Haud multo post de hac sua agendi ratione scrupulis agitatus theologum adit, a quo quærit :

1°. Quænam sit fidei theologicæ natura ?

2°. Quid de sua agendi ratione sentiendum ?

3°. Quid modo agendum ?

Caius presbyter innixus verbis missalis quibus dicitur *Præparatio ad missam pro opportunitate sacerdotis facienda*, omissis prorsùs præparationis precibus solet statim paramenta sumere, nisi aliâ de causâ sibi expectandum sit antè celebrationem ; imo quotiès se præbet occasio, sermones non necessarios habet dum se induit sacris vestibus, quas proindè sinè respectivis precibus sumit. Post missam revertens ab altari ad sacristiam vel nullam recitat orationem vel dicit *Te Deum*. Quæritur igitur :

1°. Utrùm adsit ulla obligatio recitandi preces in missali pro præparatione assignatas sive in toto, sive ex parte ?

2°. An peccaverit Caius omittendo preces quæ assignantur dicendæ in sumptione paramentorum ?

3°. An et quando dici debeant post missam preces in missali assignatæ *pro gratiarum actione* ?